

Anni regni Herod.	Anni Per. Iul.	Anni ab orbe condito.	Anni Olymp.	Anni urbis conditæ.	ÆTAS MUNDI SEPTIMA, Quæ CHRISTI & Christianorum propria est: Duratura usque ad finem temporum.	Anni ante aram vulg.	Anni veri. Chr.	Anni cor. rect. Iul.	Anni Aug. a con- ducto post mortem Cæ- saris exer- citu.
			Olymp. 193		Brevis descriptio Historiæ Sacræ, nec non & Romanæ, à nato Christo ad eius mortem.				
	4709 5.16.	4000 in- choa- tus.	IV.	749	COSS. Augustus Cæsar XI. sive XII. Et L. Cornelius Sulla XI.	5		41	40
37 in- choa- tus.			Olymp. 194	750	Cum ascendisset IOSEPH & MARIA in Bethlehem, impleti sunt dies ut illa pareret, & peperit Filium suum (CHRISTUM) primogenitum, Luc. 2. v. 7. Idque vigesima quinta Decembris die, ut conitans fert Traditio.				
	4710 6.17.				COSS. Calvisius Sabinus II. Et L. Pustennus Rufus sive Rufinus.	4	1	42	40 41
					Octavo à nativitate die, circumciscus est puer & vocatus IESUS, Luc. 2. v. 21.				
					MAGI paulò post veniunt ab Oriente adorare eum, Matth. 2. v. 1.				
					Die post partum 40. MARIA Ierosolymam ad Templum venit, tum ut puerum IESUM sifteret Domino, tum ut hostiam offerret par turturum aut duos pullos columbarum, Luc. 2. v. 22. 23. & 24.				
					Exinde IOSEPH admonitus in somnis, accepit puerum & matrem eius & fugit in Ægyptum, Matth. 2. v. 14.				
					HERODES verò, infantem perdere volens, occidit omnes pue- ros qui erant in Bethlehem & in finibus eius, à bimatu & infra, Matth. 2. v. 16.				
					Hinc, morbo correctus, testamentum quod prius instituerat im- mutavit, successionem relinquens natorum minimo HERODI AN- TIPÆ, exasperatus in Archelaum & Philippum, germanos fratres, calumniis Antipatri. Quod deinceps iterum mutatum est, ita ut regnum relictum sit ARCHELAO, Ioseph.				
37 Com- plet- tus.					IUDAS & MATHIAS, doctissimi legis interpretes, postquam cognoverunt Regis morbum esse incurabilem, iuvenibus quos insti- tuebant persuaserunt, ut Aquilam auream, ab Herode supra mai- orem templi portam appositam deicerent. Herodes coniurationis principes vivos exussit, & Luna nocte ea defecit, Idem. At ille ali- quot adhuc menses infelicem vitam traxit: tandemque hoc eodem anno, mense Novembri, misere obiit, Vsserius: Cum regnasset, postquam sustulit Antigonom, annos 34. postquam verò à Roma- nis regnum obtinuit, ann. 37. Ioseph.				
	4711 7.18.	4001	II.	751	COSS. Cn. Cornelius Lentulus. Et M. Valerius Messala sive Messalinus.	3	2	43	41 42
					Defuncto Herode, Ioseph in terram Israel revertitur, monitus ab Angelo. Cum audisset autem ARCHELAUM regnare in Iudæa, di- vinitus admonitus fecerit in partes Galilææ, & habitavit in urbe Nazareth, Matth. 2. v. 19. & c.				
					ARCHELAUS postquam patris funus curasset, & commotam multitudinem, ad Augustum navigavit, ut obtineret confirmatio- nem testamenti patris & regni. Eodem tempore Antipas Romam properavit, parandi sibi regni spe. Ibi Antipater, Salomes filius, Archelaum cædis in templo patræ, & usurpati regni, sine Cæsaris consensu, accusavit. Sed defendente Nicolao Damasceno, vincit Archelaus, Ioseph.				
					Interim, per eius absentiam, die Pentecostes, magna excitatur Iudæorum seditio adversus Sabinum Augusti Procuratorem, Idem.				
					THEUDAS (de quo Act. 5. v. 36.) sive IUDAS, Exæchie latro- num ducis, filius, collecta hominum desperatorum manu, incurfa- bat regis ditionem, Idem.				
					Simulque per totam Iudæam multi insurgunt, Regis titulum (sive MESSIÆ) usurpantes, quibus à superveniente Varo repressis, Lega- ti Iudæorum eius permisso Romam proficiscuntur, numero 50. qui- bus aderant Iudæorum Romam incolentium plusquam 8. millia. Legati ab accusatione Herodis & Archelai exorti, postulabant ut mutata Reip. formâ, NON AMPLIUS SUB REGIBUS ESSENT, sed				

Anni Periodi Iulian. * 3	Anni ab orbe con- dito.	Anni Olymp.	Anni urbis con- ditæ.	sed Provinciæ Syriæ contributi Romanis subicerentur. Ioseph.	Anni ante aram vulg.	Anni veri Chr.	Anni cor- rect. Iul.	Anni imp. Aug.
				AUGUSTUS verò de Consilij sententia (cui Caius Cæsar interfuit) Ar- chelaum non quidem regem declaravit, sed dimidia regni paterni parte concessa, nempe Iudæa, Idumæa & Samaritide, Ethnarcham consti- tuit. Alteram autem dimidiam partem Herodi Antipæ & Philippo fra- tri assignavit: nempe Galilæam & Peræam Herodi; Trachonitidem verò cum Bataneæ & Auranitide Philippo, Tetrarchiarum titulo (de quibus meminit Luc. 3. v. 1.) Ioseph.				
				Philippus verò Bethsaidam in honorem Iuliz Augusti filiz IULIA- DEM nominavit, Ioseph.				
				Per idem tempus juvenis quidam Iudæus plebeius, Alexandrum He- rodis filium de facie referens illum se esse, mentitur; sed Romam profectus ad petendum regnum paternum, solum Augustum fallere non potuit; à quo damnatus est ad remiges, Ioseph.				
				Archelaus in Iudæam Ethnarcha reversus, Ioazaro Boethi filio (vel ex Simone filio nepoti) Pontificatum abrogavit infimulato quòd se- ditiosis consensisset; eamque dignitatem Eleazaro fratri eius largitus est, Ioseph.				
4712 8. 19.	4002	III.	752	COSS. Augustus Cæsar XII. sive XIII. Et M. Plantinus Silvanus. Eique successus C. Ca- minius Gallus.	2	3	44	42 43
				Augustus Consulatu 13. suscepto, Lucium filium in forum duxit, Sueton. Idemque ei dati honores qui in fratrem Caium ante triennium fuerant collocati. Quorum nummi testes sunt, in quibus effigies Caij & Lucij, cum clypeis & hastis cernuntur, hac inscriptione: C. L. CÆSARIS AUGUSTI F. COSS. DES. PRINCIP. IUVENT.				
				Hos teneros adhuc ad curam Reip. Augustus admovit, & Coss. de- signatos circum provincias exercitusque dimisit, Sueton.				
				Augustus, filiam suam Iuliam Tiberio nuptam, adulteris infamem, in Pandatariam Campaniæ insulam perpetuo exilio damnat. Dio. Vell. Patere.				
				Quum Armenios defecisse intellexisset Augustus, nec ipse iam propter senectutem ad bellum aptus esset, ac Tiberius Rhodum decessisset; CAIUM delegit potestate proconsulari: eique uxore datâ M. Lolij fi- liâ, hunc rectorem inventæ Caij esse voluit, Zonar. ex Dione cum Patercul. & Sueton.				
				Caium Armeniam obtinuisse, Tacitus; in Syriam missum, Velle- ius; Orienti præpositum, Suetonius; ad ordinandas Ægypti Syriæque provincias missum, Orosius, scripsere.				
				Caius Iudæam prætervehens, apud Ierosolymam supplicare com- tempt: quod Augustus ut prudenter factum collaudavit. Suetonius in Oclavio, ex eoque Orosius, Historia Miscella. & Ado Viennensis, qui addunt; ex Ægypto venientem Caium fines Palestinæ præterisse.				
4713 9. 1.	4003	IV.	753	COSS. Cossus Cornelius Lentulus. Et L. Calpurnius Piso.	1	4	45	43 44
				His Consulibus vulgò natus esse Dominus creditur. Quod falsum esse evincit Herodis mortis epocha.				
4714 10. 2.	4004	Olymp. 195	754	COSS. C. Iulius Cæsar Augusti F. Et L. Emilinus Paulus.	1	5	46	44 45
				ÆRÆ VULGARIS Christianæ initium: anno nempe Iulianæ Pe- riodi 4714. Correctionis verò Iulianæ 46.				
4715 11. 3.	4005	II.	755	COSS. P. Vinicius Nepos. Et P. Alfenius Varus.	2	6	47	45 46
				Tiberius post septennij secessum è Rhodo Romam rediit, P. Vini- cio Cof. Lucio & Caio adhuc viventibus, Suet. Velleius. Lucius Cæ- sar Hispaniam ab Augusto missus Malsiliæ obiit, ante Caij fratris mortem, duodeviginti mensibus, Velleius. Flor. Tacit.				
4716 12. 4.	4006	III.	756	COSS. L. Ælius Lamia. Et M. Servilius Geminus.	3	7	48	46 47
				Caius Cæsar in Lycia moritur, Dio. Velleius, Sueton.				
				Augustus à populo Dominus appellatus, non modo id nomen non admisit, sed edicto prohibuit, Xiphilin. Zonar. ex Dione cum Sueton.				
4717 13. 5. E.	4007	IV.	757	COSS. Sextus Ælius Catus. Et Sentius Saturninus.	4	8	49	47 48
				Tertio superfluo die intercalari, qui Rom. Sacerdotum vitio accre- verat, in huius anni mense Februario omisso, Calendarium Iulianum integritati suæ est restitutum. Deinceps verò unum diem secundum ordinationem Cæsaris quinto quoque anno (utroque termino nempe Yyyyy con-				




Anni Periodi Julian.	Anni ab orbe con- dito.	Anni Olymp.	Anni urbis con- ditæ.	concepto ) intercalari Augustus Pontifex iussit, <i>Macrobi. lib. 1. Satur. cap. 14.</i> Ex qua disciplina omnium postea temporum ratio fundata est, <i>Solin. cap. 3.</i> Quippe quæ posthac, usque ad mutationem Ca- lendarij anno ab hinc 1579. (Æræ nostræ scilicet 1582.) à Gregorio XIII. summo Pontifice factam, constanter est observata. Ælio Caro & Sentio ( Saturnino ) Consulibus, 5. Cal. Iul. Tyberium Neronem Augustus adoptavit, <i>Vellei. lib. 2. cap. 103.</i> Adoptatus etiam eâdem die M. Agrippa posthumus, Caij & Lucij frater, <i>Vell. Sueton.</i> Veritus autem Augustus ne Tiberius animo elatus novas ad res con- surgeret, ante adoptionem ipsum coegit Germanicum Drusi fratris filium adoptare, quamquam ipse Tiberius filium haberet, <i>Dio. lib.</i> <i>55. cum Sueton. in Tib. cap. 15. &amp; Tacit. lib. 1. Annal. cap. 3.</i> Protinus ab adoptione in Germaniam missus est Tiberius, <i>Vellei.</i>	Anni æram vulg.	Anni veri Chr.	Anni cor- recti Iul.	Anni imp. Aug.
* 3								
4718 14. 6. D.	4008	Olymp. 196	758	COSS. L. Valerius Messala. Et Cn. Cornelius Cinna. Solis defectio hoc anno contigit, Martij 28. fer. 7. horâ 4. 13. post meridiem Romæ, cuius meminit <i>Dio. lib. 55.</i>	5	9	50	48 49
4719 15. 7. C.	4009	II.	759	COSS. M. Æmilius Lepidus. Et C. Arruntius Nepos. Tiberius ex Germania in Illyricum profectus est, quod Bætone duce, Dalmatæ defecerant. <i>Dio.</i> Primates Iudæorum, non ferentes Archelai tyrannidem, cum accu- sant ad Cæsarem, à quo Romam arcessitur, <i>Ioseph. lib. 2. de Bello</i> <i>cap. 11.</i>	6	10	51	49 50
4720 16. 8. B.	4010	III.	760	COSS. Q. Caecilius Metellus Creticus. Et L. Licinius Nerva. Archelaus anno decimo principatus sui ( <i>Ioseph. Antiq. lib. 18. cap. 15.</i> ) Viennam Galliæ in exilium mittitur; & eius ditio in provinciam redigi- tur, missus in Iudæam Quirino, qui domum Archelai vendidit, censum- que per Iudæam & Syriam egit, anno ab Actiaca victoria 37. <i>Ioseph.</i> Tum abrogato Pontificatu Ioazaro, <i>Ananus</i> filius Sethi ( is est <i>Annas</i> Caiphæ fover ) in illius locum substituitur, <i>Ioseph. lib. 18. cap. 3.</i> Huius descriptionis tempore, quæ secunda acta est à Quirino, Iu- das alter Galilæus exortus ( de quo <i>Act. 5. 27.</i> ) avertit populum multum post se, censum illum meram servitutem appellans. Hic tri- bus antiquis Iudæorum sectis ( Phariseorum, Sadducæorum & Esse- norum ) quartam superinduxit, in ceteris cum Phariseis consentiens, hoc insuper addens; solum Deum principem ac Dominum habendum, <i>Ioseph. Antiq. lib. 18. cap. 2.</i> Cum Augustus suspicaretur Tiberium de industria bellum in Panno- nia trahere, Germanicum eo misit. Agrippam suum nepotem, præ- feroci indole præditum, in Planasiam insulam relegavit. Germanicus contra Dalmatas prosperè pugnavit, <i>Dio. Tacit.</i>	7	11	52	50 51
4721 17. 9. A. G.	4011	IV.	761	COSS. M. Furius Camillus. Et Sex. Nonius Quintillianus. Huius anni Paschate CHRISTUS, annum agens ætatis 12. in Tem- plo, in medio Doctorum sedens & audiens illos atque interrogans, est inventus, <i>Luc. 2. v. 46.</i> Quirinus censu peracto, Coponium ad Iudæam administrandam re- liquit, primus procurator ab Augusto missus, <i>Ioseph.</i>	8	12	53	51 52
4722 18. 10. F.	4012	Olymp. 197	762	COSS. P. Sulpitius Camerinus. Et C. Poppæus Sabinus. Clades Variana in Germania accepta, in qua Quintilius Varus cum tribus legionibus ab Arminio Germanorum duce circumventus & oppressus, ipse sibi necem conscivit, <i>Dio.</i>	9	13	54	52 53
4723 19. 11. E.	4013	II.	763	COSS. P. Cornelius Dolabella. Et C. Iulius Silanus. Tiberius templum Concordiæ Romæ dedicavit, <i>Dio.</i> Secundus Procurator in Iudæam missus est M. Ambivius, <i>Ioseph.</i>	10	14	55	53 54
4724 20. 12. D.	4014	III.	764	COSS. M. Æmilius Lepidus. Et T. Statilius Taurus. Tiberius & Germanicus Procoff. in Germaniam profecti, cuncta longè populati sunt, <i>Dio. &amp; Sueton. in Tib.</i>	11	15	56	54 55
4725 21. 13. C. B.	4015	IV.	765	COSS. Tib. Germanicus Cæsar. Et C. Fonteius Capito. Senatus Populusque Romanus, postulante Augusto, æquum Tibe- rio	12	16	57	55 56 57

Anni periodi Julian. * 3	Anni ab orbe cond.	Anni Olymp.	Anni urbis con- ditæ.	rio in omnibus provinciis exercitibusque ius, quàm erat illi, decre- vit, <i>Suet. Velleius.</i> Caius Caligula nascitur Antij, patre Germanico, <i>Sueton. in Caio.</i>	Anni æra vulg.	Anni veri Chr.	Anni cor- recti Iul.	Anni imp. Aug.	
4726 22. 14. A.	4016	Olymp. 198	766	COSS. C. Silius Nepos. Et L. Munatius Plancus. August. Reipub. administrationem in decennium iam quintum ac- cepit, <i>Dio.</i> Tertius Procurator in Iudæam mittitur <i>Annius Rufus</i> , <i>Ioseph.</i> Quo in Iudæa Præfide.	13	17	58	56 57	
4727 23. 15. G.	4017	II.	767	COSS. Sex. Pompeiô. Et Sex. Apulleiô. Nolæ obiit Augustus, in eodem cubiculo, quo pater eius Octavius, <i>Tacit.</i> Mensis Augusti die 19. quâ olim primum consulatum inerat, <i>Sueton.</i> Huic <i>Eusebius</i> ( <i>histor. lib. 1. cap. 9.</i> ) annos 57. Imperij tribuit. Cui concinit sanctus Maximus Monachus & Martyr, (qui medio septimo claruit sæculo.) Hos verò numeramus à tempore, quo paulò post cæ- dem Cæsaris, anno ætatis 19. (atque adeò ante 9. Calend. Octobris, quo 20. annum ingressus est, ipso teste in Breviario suo, & lapide Ancyrate apud Gruter.) exercitum privato sumptu alere cæpit, ut suprà vidimus ad annum mundi 3960. Tum TIBERIUS novum principatum, ut Tacitus <i>Annal. lib. 1. cap.</i> 6. loquitur, adeptus est & Augustalem potentiam, sive <i>αὐτοκρατορίας</i> omni legum Auctoritate liberam. Unde ab hoc tantum anno, eius imperij annos putamus dinumerandos. Post Augusti obitum Pannonicæ legiones ingenti seditione conci- tantur; & subitâ Lunæ defectione terræ ad officium redeunt, <i>Tacit.</i> Visa est illa Eclipsis, Septembr. 27. fer. 7. horâ 5. 10. post mediam noctem, in horizonte Lutetiæ.	14	18	59	57	Anni Tibe- rij. 1
4728 24. 16. F.	4018	III.	768	COSS. Drusus Cæsar, Tib. F. Et C. Norbanus Flaccus. A Tiberio, Iudææ procurator missus in Annij Rufi locum <i>Valerius</i> <i>Gratus</i> , Provinciæ undecim annos præfuit, <i>Ioseph. lib. 18.</i>	15	19	60	1 2	
4729 25. 17. E. D.	4019	IV.	769	COSS. T. Statilius Sifenna Taurus. Et L. Scribonius Libo. Tiberius, ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent; ne vestis serica viros fœdaret, decreto vetat, <i>Tacit.</i> Mathematicos urbe ejicit, <i>Dio.</i> Germanicus, Germanos acie vincit, sed in reditu naufragio malè afficitur. Parthi in Oriente turbant, <i>Tacit.</i>	16	20	61	2 3	
4730 26. 18. C.	4020	Olymp. 199	770	COSS. C. Cæcilius Rufus. Et L. Pomponius Flaccus. Archelaus Cappadociæ rex Romæ moritur: eius regnum in provin- ciam reducitur, <i>Tacit.</i> Germanicus cum extraordinaria potestate in Orientem mittitur, si- mul ordinarius Præfex in Syriam profectus Cn. Piso. <i>Idem.</i>	17	21	62	3 4	
4731 27. 19. B.	4021	II.	771	COSS. Cl. Tiber. Nero Cæsar August. II. sive III. Et Germanicus Cæsar. II. Germanicus Zenonem Armeniæ regem in urbe Artaxata constituit, qui & Artaxias ex nomine urbis salutatur. Cappadociam deinde in formam provinciæ redegit.	18	22	63	4 5	
4732 28. 1. A.	4022	III.	772	COSS. M. Iunius Silanus. Et L. Norbanus Balbus Flaccus. Germanicus Ægyptum lustrat, tum in Syriam venit, ubi moritur, non sinè suspitione veneni à Pisonè dati, <i>Tacit.</i>	19	23	64	5 6	
4733 29. 2. G. F.	4023	IV.	773	COSS. M. Valerius Messala. Et M. Aurelius Cotta. Germanici corpus Romam delatum, magno omnium lætu excipi- tur. Piso iudiciò postulat morte damnationem antevertit, <i>Tacit.</i> <i>Annal. 3.</i>	20	24	65	6 7	
4734 30. 3. E.	4024	Olymp. 200	774	COSS. Tiberius Cæsar Aug. III. sive IV. Et Drusus Cæsar Tib. F. II.	21	25	66	7 8	
4735 31. 4. D.	4025	II.	775	COSS. C. Sulpitius Galba. Et D. Flaterius Agrippa. Yyyyy z	22	26	67	8 9	
				COSS.					



Anni Periodi Iulian. * ④	Anni ab orbe cond.	Anni Olymp.	Anni urbis con- ditæ.		Anni ære vulg.	Anni veri Chr.	Anni cor- rect. Iul.	Anni imp. Tib.
4736 4. 5. C.	4026	III.	776	COSS. C. <i>Asinius Pollio</i> . Et C. <i>Antistius Vetus</i> . Valerius Gratus adempto Anano, sive <i>Anna</i> , summo sacerdotio, <i>Ismaelem Fabij filium</i> iussit. esse pontificem, quem & ipsum paulo post deiecit, <i>Ioseph. lib. 18. cap. 3.</i>	23	27	68	9 10
4737 5. 6. B. A.	4027	IV.	777	COSS. Sex. <i>Cornelius Cethegus</i> . Et L. <i>Vitellius Varro</i> . Ismaeli amoto, <i>Eleazarus</i> , Anani sive <i>Annæ filius</i> , ab eodem Valerio Pontifex substituitur, <i>Idem ibid.</i>	24	28	69	10 11
4738 6. 7. G.	4028	Olymp. 201	778	COSS. Cn. <i>Lentulus Isauricus</i> . Et M. <i>Asinius Agrippa</i> . Eleazaro post annum amoto <i>Simoni</i> Camithi filio Pontificatum tribuit idem Valerius, <i>Ioseph.</i>	25	29	70	11 12
4739 7. 8. F.	4029	II.	779	COSS. Cn. <i>Cornel. Lentulus Getulicus</i> . Et C. <i>Calpurnius Sabinus</i> . Cumque Simon in Pontificatu annum exegisset, successorem illi Gratus dedit <i>Iosephum</i> , cognomento <i>Caiapham</i> , sive <i>Caiapham</i> <i>Annæ</i> generum. Quibus annis Pontificum mutationibus ita factis, Gratum exactis in Iudæa annis undecim, Romam repetisse subdit <i>Iosephus, lib. 18. cap. 3.</i> Tiberius in Campaniam est profectus, neque Romam amplius re- versus, <i>Tacit. Annal. 4.</i> Grato in Iudæam successor venit PONTIUS PILATUS, qui provin- ciæ præfuit 10. ann. <i>Ioseph.</i> Cuius inter crimina Philo ( <i>de legatione ad Caium</i> ) refert; venditas sententias; rapinas; iniurias; clades; tor- menta; crebras cædes indemnatorum; crudelitatem sævissimam, &c.	26	30	71	12 13
4740 8. 9. E.	4030	III.	780	COSS. M. <i>Licinius Crassus</i> . Et L. <i>Calpurnius Piso</i> . Cum Fidenis Atilius quidam, amphitheatro minus solidè subtruc- to, ludos ederet, subita ruinâ 50. millia hominum, qua debilitata, quâ obrita sunt. Subinde Romæ vehementer incendium, cui Tiberij li- beralitas subvenit, <i>Tacit. Annal. 4.</i> <i>Iubileus</i> XXX. omnium ultimus, quem proximè sequitur prædica- tio Ioannis, cunctos ad poenitentiam invitans, ut pararet Domino plebem perfectam, <i>Luc. 1. ̄. 17.</i>	27	31	72	13 14
4741 9. 10. D. C.	4031	IV.	781	COSS. <i>Appius Iulius Silanus</i> . Et <i>Silius Nerva</i> . Hoc anno 15. Imperij Tiberij Cæsaris, à morte Augusti numerato, cepit IOANNES baptizare & poenitentiam prædicare, <i>Luc. 3. ̄. 3.</i> & 8. Idque circa Octobris 19. factum esse probabile est.	28	32	73	14 15
4742 10. 11 B.	4032	Olymp. 202	782	COSS. C. <i>Rubellius GEMINUS</i> . Et C. <i>Fusius GEMINUS</i> . Hoc anno vulgò putatur baptizatus CHRISTUS: immo & eodem à pluribus Patribus ponitur mortuus. Livia Tiberij mater, anno ætatis 86. obiit, iamdudum invisa Ti- berio, <i>Tacit.</i>	29	33	74	15 16
4743 11. 12. A.	4033	II.	783	COSS. M. <i>Vinitius Quartinus</i> . Et C. <i>Cassius Longinus</i> . Cum iam annum & aliquot menses prædicasset Ioannes, & imple- ret cursum suum, ( <i>Actor. 13. ̄. 25.</i> ) Cumque ab eo iam baptizaretur omnis populus, ( <i>Luc. 3. ̄. 21.</i> ) Tum, hoc anno, CHRISTUM à Nazareth ad eum venisse credimus, & ab eo baptizatum esse, ut est <i>Luc. 3. ̄. 21. Matth. 3. ̄. 13. &amp; Marc. 1. ̄. 9.</i> Idque die sextâ Ianuarij, ut constans tenet Traditio. Hoc quoque anno PRIMUM PASCHA ministerij sui Christus ce- lebravit, <i>Ioan. 2. ̄. 13.</i> A quo primus annus septuagesimæ & ULTI- MÆ HEBDOMADIS Danielis incipit, in qua factus confirmatum est MULTIS, <i>Daniel. 9. ̄. 27. cum Matth. 26. ̄. 28.</i>	30	34	75	16 17
4744 12. 13. G.	4034	III.	784	COSS. Cl. <i>Tiberius Nero Cæsar Aug. IV. sive V.</i> Et <i>Ælius Seianus</i> . Seianus cum ad summam potentiam Tiberij favore pervenisset illius ad Senatum litteris accusatus, occiditur, <i>Dio. lib. 58.</i>	31	35	76	

SE-

Periodi Iulian.	Anni ab Olymp.	Anni urbis con- ditæ.	SECUNDUM PASCHA ministerij Christi, <i>Ioa. 5. v. 1.</i> <i>Collato cum Ioa. 4. v. 45. A quo secundus annus septuagesimæ</i> <i>hebdomadis Danielis incipit.</i>	Anni ære vulg.	Anni veri Chr.	Anni cor- rect. Iul.	Anni imp. Tib.
*  4745 13. 14. F. E.	4035	IV. 785	COSS. C. Domitius Ahenobarbus. Et A. Vitellius.	32	36	77	18 19
			TERTIUM PASCHA ministerij Christi, <i>Ioa. 6. v. 4. A quo tertius</i> <i>annus septuagesimæ hebdomadis Danielis incipit.</i>				
4746 14. 15. D.	4036	786	COSS. Serv. Sulpitius Galba. Et L. Cornelius Sulla.	33	37	78	19
			QUARTUM, & ultimum Christi PASCHA, in quo ipse immola- tus est, incunte anno quarto, sive MEDIO postremæ septimanæ Da- nielis, <i>Dan. 9. v. 27. Idque feria 6. die 3. Aprilis, ita ut die Domi- nicâ eiusdem mensis die 5. resurrexerit.</i>				

# HISTORIA CHRISTIANORUM

*¶ Iudæorum ab Ascensione Domini ad Bellum Iudaicum.*

RES CHRISTIANORUM.	RES IUDÆORUM.	Anni imper. TIBER.
<p><b>DIE</b> 14. Maij, CHRISTUS ascendit in Cælum, <i>Act.</i> 1. v. 9. &amp; 10. Apostoli Ierofolymis congregati MATHIAM eligunt, <i>Ibid.</i> v. 26.</p> <p>Die PENTECOSTES 24. Maij Spiritus sanctus descendit super Discipulos, <i>Act.</i> 2. v. 2. &amp; 4.</p> <p>Septem Diaconi eliguntur, <i>Act.</i> 6. v. 5.</p> <p>STEPHANUS lapidatur, <i>Act.</i> 7. v. 57.</p> <p>SAULUS spirans minarum furit in discipulos, <i>Act.</i> 9. v. 1.</p> <p>PHILIPPUS post Stephanum secundus, in Samaria Simonem Magum baptizat. <i>Act.</i> 8. v. 13. Ad Samaritanos mittuntur Petrus &amp; Paulus, qui manus illis imponerent. <i>Ibid.</i> v. 14. &amp; 17. Philippus vero monitu Angeli versus Gazam profectus, EUNUCHUM baptizat, <i>ibid.</i> v. 38. primum ex gentibus, &amp; totius orbis fidelium primitias factum. <i>Euseb.</i></p> <p>SAULUS pergens Damascus contra discipulos Domini ad fidem convertitur, <i>Act.</i> 9. v. 4.</p> <p>Fuit autem Damasci tribus diebus non videns neque manducans. <i>Ibid.</i> v. 9. Mox per Ananiam visum recipit &amp; baptizatur, <i>Act.</i> 9. v. 18.</p> <p>Indeque in Arabiam desertam secedit. Ac postea Damascus redit, ubi in Synagoga prædicat, &amp; confundit Iudæos, <i>Galat.</i> 1. v. 17. cum <i>Act.</i> 9. v. 22.</p> <p>TIBERIUS de rebus Christi certior factus, de eo in numerum Deorum adscribendo refert ad Senatum, <i>Tertull. argus Euseb.</i></p> <p>SAULUS post annos 3. à conversione sua, venit Hierosolymam visere Petrum, <i>Galat.</i> 1. v. 18.</p> <p>Ibi cum tentaret se iungere discipulis, timebant eum, non credentes ipsum esse discipulum (quippe qui maiorem huius triennij partem in desertis Arabiæ diluxerat) sed Barnabas ducit eum ad Apostolos, Petrum videlicet &amp; Iacobum, <i>Act.</i> 9. v. 27. cum <i>Galat.</i> 1. v. 18. &amp; 19.</p> <p>Hierosolymis decipit eum Hellenistis Paulus, qui eum conantur interficere, <i>Act.</i> 9. v. 29. Inde abiit</p>	<p><b>PHILIPPUS TETRARCHA</b>, Herodis Magni filius moritur,</p> <p>Hunc verò non esse illum cuius Antipas Herodidem uxorem rapuit, vel ex eo patet, quòd SALOME saltatrix illa Herodiadique filia, huic Philippo nupsisse dicit Iosephus, cuius proinde filia non erat. Adde quòd hic Philippus finè liberis mortuus est, <i>Ioseph.</i> 1. Belli 8. &amp; <i>Antiq. lib.</i> 18. cap. 6. &amp; 7.</p> <p>Quare duo Philippi Herodis Magni filii existerint necesse est, illeque Philippus de quo Evangelista, binominis fuerit, dictus nempe <i>Herodes Philippus</i>, sicut, <i>Antipas</i>, Herodes quoque sæpius nominatus est.</p> <p>Vitellius Syriæ Præfès, Marcellum procuratorem Iudææ mittit, &amp; per eundem Pilatum à Iudæis accusatum Romam ire iubet, Caiphamque in ordinem redigit, <i>Ioseph.</i></p> <p>AGRIPPA Aristobuli filius, Herodis Magni nepos, frater Herodiadis, egestate compulsus, Romam petit, ubi à Cæsare Tiberio primum malè habitus, deinde in amicitiam receptus, tum quòd in C. Caligulam propensior esset, in carcerem coniectus, <i>Ioseph.</i></p> <p>Cn. Acronio Proculo, &amp; C. Pontio Nigrino Coss. OBIT TIBERIUS, 7. Cal. April. Sner. cum post Augusti secessum regnasset ann. 22. mens. 7. &amp; dies 7. <i>Dio.</i></p> <p>Et successit CALIGULA Germanici filius, qui statim Agrippam solvit, &amp; ei principatum Avi reddidit, <i>Ioseph.</i></p>	<p>19</p> <p>20</p> <p>21</p> <p>22</p> <p>23</p> <p>CALIGULA.</p> <p>I</p>